



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XXIII. Quo pacto Dei Ecclesiam impius offendat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

currere, de peccatis, morte, & inferno triumphum agere, & vitam tandem illam beatam consequi, quæ, secretis malis omnibus, cumulata est honorum complexio. Atq; hæc tanta benefactrix ab impio offenditur. O impietas! O peruersitas peccati mortalis!

CAPVT XXIII.

Qua pacto Ecclesiam Dei impius offendat

Prou. 1. 9.

*Ezech. 4.
13.*

Impius variis modis Dei Ecclesiam offendit, primò vt mater nostra est, quia legē eius, fide Baptisti fracta, dimittit. Secundò, vt sancta est, & in semetipsa iustificata, quia sanctitatē & iustitiam auerſatur. Tertiò, vt interpres est consilij Dei, diuinamq; autoritatē proponit, explicat, & vt ita dicam, fide pro Deo iubet, quia consilium malignantium sequitur, quod est amentissimum.

num. Quartò, vt Christi corpus est, quia membrum eius est infirmum, putridum, stupidum, & mortuū, adeoq; neq; cū Christo capite, neq; cum Ecclesia corpore, neq; bonis aptè recteq; coherens & connexum: Quin horrendo spectaculo matri quadam ratione, membrum vel defecat, vel alio modo lædit & cōuulnerat.

Et Prælati quidē oculum, concionator os, princeps humeros, nobilis brachia, diues manus, sacerdos stomachum, pauper ventrē, populus crura, plebs pedes.

Quintò, vt Deum, quemadmodū Tertullianus loquitur, *habet Magistrū*, quia semper discit, & nunquam ad scientiam veritatis peruenit, & si quid didicit, opere nō exequitur. Sextò, vt à spiritu sancto regitur, quē ideo antiquissimus Tertullianus *vicariū Christi* Lib. de prescript. *vicarium appellat*, quia carne non

E 6 spiritu

spiritu ducitur. Septimò vt spō-
 fa Christi est, quia ei in vera &
 viva fide nō despōatur, vesteq;
 proinde nuptiali ab ea accepta
 caret. Octauò, vt eam Dominus
 noster dilexit, & p̄ ea se tradidit,
 sanguinēq; suū fudit, quia illam
 non amat, nō colit, vitæq; ratio-
 nes suas eius cōformiter non in-
 stituit. Nonò, vt militans est in
 terris, & in mortalitatis stadio,
 pro corona decertat, quia Dia-
 bolo, mūdo, & carni militat. De-
 cimò, vt salubria pascua habet,
 quia Struthionis pascua quærit.

1. Cor. 3. 9. Undecimò, vt *Dei edificatio est*, iux-
1. Cor. 3. 12. ta D. Paulū, quia non edificat super
 fundamentū aurū & argentū, sed fœ-
 nū & stipulas, imò inordinatum a-
 morē sui, vsq; ad cōtēptū Dei. Ei,
 coronidis loco, cōmendo, quod
In Sermon. D. Bernard⁹ scriptum reliquit in
 hanc sententiā: *Omnino proditorem*
se esse noverit, quicūq; est ille, qui vitia
quali-

1. Cor. 9.
23.

1. Cor. 3. 9.
1. Cor. 3. 12.

In Sermon.

quali
 natu
 lunca
 lud C
 fit tib
 hæd
 rusq;
 de no

Impin
 stian

D
 a

ritate
 accep
 dij q
 ne &
 potes
 temp
 subdi
 sistun
 sibi q
 Eos q
 rant,

quaelibet in hanc domū (Ecclesiam) conatur inducere; & templum Dei speculancam vult facere Demoniorū. Et il- *Matt. 18.*
lud Christi: Qui ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, in hōdis scilicet numerāus, iturusq; iter tenebricosum, illuc, vnde negant redire quenquam.

CAPVT XXIIII.

Impius offendit Rempublicam Christianam illiusque administratores.

DEos scilicet, qui mortalibus alijs, non naturā, sed auctoritate & potestate augustā à Deo accepta superiores sunt, vt potestati quidam terræ, qui Dei nomine & loco regunt, & quibus, ceu *Rom. 13. v.*
potestatibus sublimioribus obtemperando, omnis anima ita subdita esse debet, vt qui eis resistunt, Dei ordinationi resistāt, sibiq; damnationem acquirant. Eos qui modis omnibus laborant, vt subditi sui sincera fide,